



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De' Pensieri Diversi Di Alessandro Tassoni Libri Dieci**

**Tassoni, Alessandro**

**Venetia, 1646**

Ex Nova Leonis Allatii Apium Vrbanarum recensione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13343**



EX NOVA  
LEONIS ALLATII

Apium Vrbanarum recensione

**A**lexander Tassonus Mutinensis plura edidit lingua Hetrusca

1 *Considerationi sopra le rime del Petrarca, col confronto de' luoghi de' Poeti antichi di varie lingue.* Mutinæ 1609. apud Iulianum Cassianum in 8. His cum respondisset Iosephus de Aromatarijs Libello Patavij edito apud Orlandum Iadram 1611. in 8. Tassonus sub *Crescentij Pepe è Susa* nomine non tantum Petrar-cham, quem antea acriter reprehenderat, sed & Aromatarium magis aculeatis dentibus insectatus est libello sub hoc titulo.

2 *Anuvertimenti intorno alle risposte date da Gioseffo de gli Aromatarij alle considerationi del S. Alessandro Tassoni sopra le rime del Petrarca.* Mutinæ apud eundem. 1611. in 8. Idq. non fecit impunè. Iosephus enim secunda vice *Falcidij Melampodij* e mentito nomine quatuor dialogis Venetijs per Evangelistam Deuchinum impressis Anno 1612. in 8. Tassoni dicta examinavit. In *Falcidium* tandem ipse Mutinæ Libro edito, ut mihi relatum est, sub

3 *Tenta*



3 *Tenta rossa* titulo vehementiùs insurrexit, quod sub fictis illis nominibus Cæsarem Cremoninum latere existimaret, iudicaretque cum simili Viro, nec contemnendo antagonista, robustiùs rem sibi esse gerendam. Tamen innotuit Tassono, alijsque non sub larua, & quasi per latebras certamen subire Cremoninum, sed iuuenem satis eruditum, & pro immatura illa ætate, qua scribebat, satis maturum, & vulgato deinceps *De rabie contagiosa* Syntagmate in pretio habitum, professione Medicum sub proprio Iosephi de Aromatatijs nomine classicum Tassono cecinisse, continuoque pugnam dedisse. De hisce in Petrarحام Tassoni laboribus illa habet diligentissimus Tomasinus in suo *Petrarcha rediuiuo* cap. 9 *Vehementiora sunt, quibus patitur hic noster, quæ num rectè collimēt, porrò dispiciendum. Eiusmodi ex Tassonis theca prodierunt quamplurima, licet id certamen verius ad ingenij lusum, quàm animi sententiam, susceptum arbitrer. Et quidni hanc Polyhistori Critico concedamus ingenij libertatem, cui, ut aperte testatur ipse, non animus erat Vatem nostrum perstringere, sed ineptam multorum cogitationibus depressa Petrarchæ imitatione pertinaciam eximere, quin poetam ab aliorum calumnijs vindicare, eique lucem afferre?*

4 *Dieci libri di pensieri diuersi*, Carpis apud Hieronymum Vaschierum 1620. in 4. Deinde alibi passim varijs locis, in quibus opus illud egregium, & varium, quod nunc postremum Venetijs apud Marcum Antonium Brogiolum recuditur, tanquam Phidæ simulacrum simul aspectum, & probatum fuit;

Certè



Certè hoc ipsum à Baldoui no clari nominis librorum interprete in linguam Gallicam verti, vt imprimatur, retulit mihi librorum heluo Naudæus, qui etiam eorum sæpius meminit in Additamento ad Historiam Ludouici Vndecimi.

5 Lusit etiam carmine. Lepidissimum omnium iudicatur Poema illius Heroico Comicum, quod *Secchia rapita* nuncupauit, sæpius ac multis in locis editum. Eorumdem fatorum comes liber primus sub nomine Oceani perpetuò adnectitur.

6 *Philippicas* etiam multis ab hinc annis eorum, quibus factiones cordi sunt, plausu exceptas, ac Italice editas in quarto absque scriptoris nomine ex penu hoc natas, comptasq; multorum non leui coniectura suffulta, & constans fuit opinio. Editioni parauit in eadem lingua.

*Un Volume di lettere diuerse*, apud hæredes Cardinalis Estensis.

*Della guerra della Valtellina libri doi*. Nescio an absoluit.

*Dell' Istoria Ecclesiastica, e Secolare, ristretta in compendio, da Cristo nato fino al mille cinquecento*. In qua multa aliorum dicta, sed Baronij potissimum in Annalibus examinantur, maiori forsan libertate, quàm plurimi factum vellent ab homine, qui commodiùs acerbæ suæ dicacitatis stimulo profanos alios scriptores transfigere potuisset. Ioannes Baptista Laurus in Orchestra tradit *Tassonio ornamentum plurimum Hetruscam linguam ferre acceptum*. & Antonius Querengus Hexamet. Carm. lib. 5. ad eundem.

For-



Forſitan, & Studio captus grauiore perurges  
Sacrum opus aſſiduus ſcriptor, quo ingentia magni  
Baroni Breuibus claudens monumenta libellis  
Nectarea donas Tuſca dulcedine lingua,  
Aut feſſa requiem menti deſueta Camenas  
Suauiloquas ad pleetra uocas, pugnatæque ſeuis  
Prælia diſſidijs Rhenumq; Padumq; timentes  
Cædibus obraptam lymphis putealibus Vrnæ,  
Et gentis captum Sardiæ in Certamine Regem  
Concinis immiſtiſis focco ridente cothurnis.



ACHI-